

fert, foliolis majoribus, stylis in capitulum amplius majusque coalitis, etc.

5. **Rosa obtusispina** Gdgr.

Præcedenti similis, sed ab ea recedit: 1° foliolis minoribus; 2° aculeis brevissimis, truncatis, obtusis haud aut vix pungentibus; 3° petiolis subinermibus; 4° pedunculis brevioribus, 7-10 mill. longis; 5° fructu minore, evidenter utrinque depresso.

Hab. in sepibus *Gallicæ australis*. — Lot-et-Garonne: *Moirax* prope *Agen*, a cl. *O. Debeaux*, anno 1873 inventa.

6. **Crepis Perrieri** Gdgr. — *C. grandiflora* Perrier in *Billot exs.* n. 3431, *ex parte*, non Tausch!

Foliis oblongis, glabrescentibus, apice in acumen breve acutum productis, ex toto valde dentatis, haud runcinatis; pedunculis vix vel brevissime glandulosis, apice valde incrassatis, 3 mill. latis; involucrio 13-14 mill. lato, radiis pallide luteis.

Hab. in pratis alpestribus *Sabaudia*, ad *Colombaz* prope *Hauteluce*, 4,700' (*E. Perrier*).

Ex affinitate *C. grandifloræ* Tausch. in *Flora* XI, 1, p. 80, ut et sequens. In collectione Billotiana sub eodem numero, aliam vidimus speciem novam, ulterius examinandam.

7. **Crepis amphiscœna** Gdgr.

Foliis oblongis sat pubescentibus, apice sensim rotundato-subobtusis, integrisque, sed a basi usque ad $\frac{3}{4}$ partem super. dentatis, haud runcinatis; pedunculis valde longissimeque glandulosis, sat incrassatis, 2-2 $\frac{1}{2}$ mill. latis; involucrio 9-11 $\frac{1}{2}$ mill. lato, radiis intense luteis.